

www.e-rara.ch

Tractatus philologicus De sortitione Veterum, Hebraeorum inprimis

Mauritii, Martin

Basileae, 1692

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-81294>

Cap. XXXI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)



C A P. XXXI.

De

Usu fortium in constitu-
endis officiis militaribus.

S. I.

SI bellum jam est susceptum, plurimum re-
fert, quales Duces & quilibet alij officarij
exercitui vel negotiis militaribus præsent;
si ergo duo vel plures adsint, virtute, fortitu-
dine, experientia & prudentia militari pares,
forte utebantur, quemnam ex iis præficerent?
ubi duo distincte sunt attendenda: prius est ele-
ctio Ducum, posterius muniorum distributio.
Duces aliquando (non enim semper hoc factum,
sed in certis casibus) forte electos apud Ro-
manos, ex Val. Max. l. 1. c. 5. num 2. colligitur:
*Quid illud? Quod L. Paulo Consuli evenit, quam me-
morabile? cum ei sorte evenisset, ut bellum cum Rege Per-
sa gereret, & domum è curia regressus, filiolarum suam
nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, oscu-
latus; tristem animadverteret, interrogavit, quid ita
eo vultu esset? quæ respondit, Persam periisse: decesserat
autem Catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomi-
ne Persa. Arripuit igitur omen Paulus, eiq; fortuito di-
cto quasi certam spem clarissimi triumphi animo præsum-
sit. Habes hîc exemplum sortium consultoria-*

Dd 3

rum

rum & divinatoriarum. Erat autem apud Romanos admodum frequens, ut Consules, Praetores, &c. duces eligerentur sorte, cujus rei multa exempla extant in Scriptoribus Romanis. Livius dec. 3. l. 1. *Consulum designatorum alter Flaminius, cui ea legiones, quae Placentiae hybernabant, sorte evenerant.* Dec. 4. l. 6. sub initium, cum Senatus de novo bello in animo haberet, decrevit, ut Consules Italiam & Graeciam provincias fortirentur; Cui Graecia evenisset, eum exercitum acciperet, quem M. Bebius Praetor anno priore ex S. C. in Macedoniam trajecisset. L. Quintium superioris anni consulem legari ad id bellum cum Antiocho Rege, placuit. Alter COS. cui Italia provincia evenisset, cum Bojis jussus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores COSS. habuissent: atq; tum demum sortiri COSS. placuit. *Acilio Graecia: Cornelio Italia evenit.* Certa deinde sorte S. consultum factum est, quod populus Rom. eo tempore duellum jussisset cum Rege Antiocho esse, &c. Sic Dec. 4. l. 8. *Consulibus, alteri Pisa cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta est: Comparare inter se aut sortiri jussi, & novos exercitus, binas legiones scribere, & sociis Latini nominis quinadena millia peditum imperarent, & mille ducentos equites, &c. iterum in eodem libro; à senatu consulem dignum visum, cui extra sortem Asia provincia, & bellum cum Antiocho rege decerneretur.* De L. Scipione loquitur, vide etiam dec. 4. l. 10. à principio, nec non alibi ejusdem libri, & Dec. 5. l. 2. ubi de praetoribus sorte electis ad provincias suas: nec non exercitus aut

cohor-

cohortes. Hinc sæpius in Scriptoribus Romanis mentio fit prætoriarum aut prætorianarum cohortium. Tacitus l. 1. ann. *An prætorias cohortes, quæ binos denarios acceperint, &c.* sic l. 2. histor. aliquoties. Meminit earum etiam Cicero, act. 3. in Verrem, & Sueton. in C. Caligula, c. 12. & in Fl. Domitiano, c. 6. Inter ipsos duces deinde multoties sortitio facta, in dividendo vel distribuendo exercitu, aut negotio aliquo militari, Plutarchus in Fab. Maximo refert, eundem & Minutium, magistrum equitum, cui æquatum cum illo imperium erat, exercitum inter se sorte divisisse, vid. Tiraq. num. 6. Pariter si quando inter duces de loco in prælio non conveniret, plerumque de ordine agminis, quem tenerent, sortiebantur, scribit Alex. ab Al. l. 4. c. 7. fortè ex Livio, dec. 3. l. 2. Sic cæteros quoque milites quandoque loca in castris sorte accepisse, ex Homero colligitur, qui lib. 10. Iliad. refert, Dolonem interrogatum ab Ulysse, quibus in locis essent Trojani milites & cæteri, respondisse,

Πρὸς Θύμβρης δ' ἔλαχον Λύκιοι, Μυσοὶ τ' ἀγέρωχοι.

Sic Virg. l. 6. Æn.

*Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta
Proxima sorte tenet lucis loca.*

Consules vero & cæteros præfectos exercitus & copias ex more sortitos fuisse Dionysius quoque Halicarn. l. 8. antiq. attestatur. Quandoque fratres inter se sortitos esse, quinam ipsorum castra sequantur, Homerus indicat, Iliad. 24.

*Ἐξ δὲ οἱ ἦες ἕασιν, ἐγὼ δὲ γέ τοι ἔβουλον εἶμι.
Τῶν μὲν παλλόμενον κλέρω λάχον ἐνθάδ' ἔπειτα.*

se, ait ille, septimum fratrem sorte destinatum huc sequi; nim. militiam. De Tyrseno & Lydo fratribus & aliis hoc modo sortitis, superius dictum: quomodo olim, quis in conviviis & otio remanere, quis pugnare deberet, sorte legerint, supra jam Cap. II. audivimus, & postea sequitur. De ordine pugnandi sortitos fuisse olim, ex his Taciti l. 2. hist. verbis pater: *Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere, & mirum dictu à paucioribus Othonianis quominus in vallum impingerentur, Italica legionis virtute territi sunt.* Sic Græci fortiebantur ante Trojam, ut videre est Iliad. 23. Sæpe etiam, quis locum aliquem primus aggredetur, fortiebantur, uti Plutarchus in Timoleone tradit, cum inter duces ejus contentio esset, quis primum traiciendi fluminis Damgræ & aggrediendi locum haberet, Timoleon hanc controversiam sortibus decernere voluit, & ducum singularum annulos in sua chlamyde coniectos permiscuit, cujus annulus primo loco eximeretur, is primus quoq; esset in perficiendo suscepto opere. Conf. Tyraq. num. 34. & 79.

Venetorum sortitio in eligendo Duce.

In Rep. Veneta, si Dux est eligendus ad vitandum ambitum, varia sortitio est introducta: ubi primum ex omni nobilitate triginta per sortem constituuntur, ex quibus denuò per sortem designantur novem. Hi quadraginta denominant, qui per sortem duodecim ex suo deligunt numero: & hi iterum viginti quinque eligunt, qui sortito novem ex se creant, & hi denominant quadraginta quinque. Hi rursus
forte

forte invicem experiuntur , ut undecim solum remaneant , qui quadraginta & unum tandem pronunciant , quos Ducali fastigio dignos judicant , sed raro plures , quam septem. Ex his Electores votis liberis eligunt Ducem , qui tamen 25. vota habeat , ita ut 41. Electores non prius dimittantur è conclavi , quam si 25. convenerint in uno , qui deinde Dux proclamatur , sicut fufius describit hanc electionem Dn. Neumair de Ramfla , in itinerario Italiae , germanice fcripto.

§. 2. Ufus etiam obtinuit apud veteres , ut fortes belli heroes inimicos in duellum provocarent , quod Davidis tempore jam folitum fieri : atque tum provocati forte utebantur , maxime fi plures de ea gloria certabant : quod accidit in castris Græcorum , ubi Hæctor Græcos irritabat in pugnam folitariam , novemque erant Heroum , prompti finguli cum Hæctore congregiendi : fortitergo fuit , fortes mifcente Neftore , exiliitque Ajacis Telamonij fors , de quo ipfe Ajax apud Ovid. l. 13. Metam.

Hunc ego fanguinea fuffeffu cædis ovantem

Eminus ingenti refupinum pondere fudi.

Hunc ego poſcentem cum quo concurreret , unus

Suſtinui : fortemque meam voviſtis Achivi,

Et veſtrae valere preces.

Vide idem ex Homero , ſupra c. 12. Quandoque alia accedebat fors , quâ monomachi contendebant , quis prior in alterum haftam mitteret , ut factum eſſe à Menelao & Paride , Homerus Iliad. 3. memorat :

Κλήρως ἐν κωμῇ χαλκήρεϊ κάλκον ἐλόγισ,
Ὀπότερῶ δὴ πρῶτον ἀφείη χάλκεον ἔλχῶ.

i. e. *sortes in aenea galea capientes vibrabant, uter prius mittat aeneum telum.* Plurimæ aliæ in bello occurrunt vel periculosaë functiones, quas sortibus commiserunt: qualis erat, quando Ulysses delegit, qui secum sudem in oculum Polyphemi impingeret, quod Homerus describit, lib. 9. Odyss.

Αὐτῶρ ἴδς ἄλλως κλήρω πεπαλάχθαι ἄνογον,
Ὅσις ἑλμύσην ἐμοὶ σὺν μοχλὸν ἀείρας
Τείψαι ἐν ὀφθαλμῶ.

Ego autem *iussi ceteros sorte legere, quis mecum audeat palum tollens tundere in oculum, &c.* Apud Livium dec. 1. l. 2. recensetur, C. Minutium, adolescentem nobilem, magna audacia castris hostium penetratis, in confertissima turba prope regium tribunal constitisse, ibique cum stipendium forte militibus daretur, & Scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret, eumque milites vulgo adirent, scribam pro rege obruncasse ferro intra vestem abdito. Cum rex ira infensus periculoque perterritus circumdari ignes minitabundus juberet, ipse Minutius dextram suam accenso ad sacrificium foculo iniicit, & velut alienato à sensu animo torret: Rex prope miraculo attonitus ab sede prosiliens, amoveri ab altari juvenem jubet, inviolatumque dimittit. Tum Mutius quasi remunerans meritum *quandoquidem, inquit, est apud te Virtuti honos, ut beneficio tuleris à me, quod minis nequisti, trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur, mea prima sors fuit, ceteri ut cuique ceciderit, primi, quò te opportunum, fortuna dederit, suo*

qui-

quisq₃ tempore aderunt. Sic Græci postquam instar montis equum divina Palladis arte ædificassent,

*Huc delecta virum sortiti corpor, sustim
Includunt cæco lateri.*

Elegerunt prius ex ducibus plurimos, & quoniam periculosa non possunt sponte appeti, fors dedit ex pluribus fortibus, quos equus caperet, ut Donatus adnotat. Et pene ita Servius: *Contraria sunt sortiri & deligere. Sed elegerunt plures, ac deinde de illis sortiti sunt, quos includerent. De certaminibus pro spectaculo pugnantium, sequens agat caput.*

§. 3. Possunt hûc referri excubiæ militum seu custodiæ militares, quas item sortiri solebant in castris, ut veteres Scriptores reliquerunt. Cum enim eadem admodum sint periculosæ, sorte adigebantur milites ad illas habendas. Sic Virgilius l. 9. *Æn. de Æneadibus:*

Omnia per muros legio sortita periculum

Excubat: exercetq₃ vices, quod cuiq₃ tuendum est.

i. e. ut Servius notat, *legio sorti divisa, ad defensionem periculi, vel ut Christoforus: Per sortes accipiens inter se ea, in quibus periculum erat. Tale est, quod Tiraq. ex Silio Italico l. 10. adducit, post Cannense prælium Romanos sortitione custodiendæ urbis munus accepisse:*

Hæc inter sed enim reliqui pia turba Senatus

Munera sortito invadunt.

Unde quod Virg. l. 4. *Georg. de apibus scribit:*

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:

Servius ad morem militarem refert: *Sorti, i. e. ex sorte; nam adverbium est, quod traxit à militia.*

litia. Legimus enim : partibus æquabat justis, &c. Milites imitaturi latrones similiter sorte ducti noctibus excubabant speculandi gratia, ne scilicet inventi deprehenderentur, ut Tiraq. ex Apulejo, & simul etiam hoc adducit : Reges Persarum stipatores habuisse regalium laterum, qui tutela pervigili custodiam per vices sortium sustinebant. Ut idem faceret Tibertius, rogabat Togonius Gallus, ut deligeret Senatores, ex quibus viginti sorte ducti & ferro accincti, quoties curiam inisset, salutem ejus defenderent, quod vero ludibrij loco habitum, authore Tacito l. 6. ann. non multò post principium. Suetonius Cap. 14. in Domitiano refert, ipsum adeo timidum fuisse, ut cum à Senatu decretum esset, quoties gereret Consulatum, ut Romani equites, quibus fors obtigisset, trabeati & cum hastis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoresque, hunc novum & excogitatum honorem recusavit.



C A P. XXXII.

De

Sortium usu in Certaminibus athletarum & ludorum.

S. I.

UT provocationes in certamina in bello & castris erant olim consueta, ita quidem, ut Eustatbius in Iliad. 8. inde Græcum vocabulum